



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Dub. II. Quotuplex censura?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

DUBIUM II.

Quotuplex Censura?

Resp. Dividitur 1. Essentialiter in Excommunicationem, Suspensionem, & Interdictum. 2. Accidentaliter in eam, quæ est à jure, & fertur per Canones, constitutiones, vel statuta Ecclesiastica, stabili ac permanent lege: & eam, quæ est ab homine, quæ scilicet fertur à judice, vel Prælato, per modum mandati, vel sententiæ judicariae. Estque vel particularis, circa factum aliquod particulare, aut certas personas; vel generalis, quæ nulla singularis facti aut personæ determinatione fertur. 3. In eam, quæ est sententiæ latæ, quam scilicet jus, aut Judex statuit ipso facto, (quo quis v.g. contra legem facit) sine alia sententia incurriendam: & eam, quæ est ferendæ, quam jus, aut Judex non vult ipso facto incutiri, sed per sententiam infligi. Pro quibus dignoscendis, consideranda sunt verba, quibus censura fertur: quæ si includant alterius actionem, seu ministerium, significant censuram esse sententiæ ferendæ: latæ verò, si non includant. Si verò ambigua sint, teneri potest regula 49. iurū in 6. quod in dubio circa poenas, benignior interpretatio sit facienda. Vnde resolves.

v. I. Est censura latæ sententiæ. 1. Si verba sint præteriti, aut præsentis temporis, v.g. excommunicavimus, excommunicatus est vel fuit, excommunico, suspenduntur, interdicuntur, volvamus aut jubemus esse excommunicatum, su-

spensi
ipso fac
impera
omnia
II. S
Si ver
cabitur
nicetur
n. 3.
excom
thema
gatur.

Qu

Resp
superior
seu con
sive de
Por
alteriu
catus p
Laym.
num. S
du tor
pi. Epis
herales
gionis
gation

spensum, &c. 2. Si addatur patricula, *ipso jure*,
ipso facto, vel, *sine alia sententia*. 3. Si verba sint
imperativi modi, v.g. incidat in excommunicata-
tionem, maneat interdictus, &c. Ratio, quia hæc
omnia nullius actionem interponunt.

II. Sententiæ ferendæ est saltem ut plurimum.
1. Si verba sint futuri temporis, v.g. excommuni-
cabitur, suspendetur. 2. Si dicatur, excommuni-
cetur, suspendatur, volumus excommunica-
ti. 3. Si verba sint minatoria, v.g. sub pœna
excommunicationis, sub interminatione ana-
thematis, &c. nisi tamen ex adjunctis aliud colla-
gatur.

DUBIUM III.

Qui possint ferre censuram, & in quos?

Resp. I. Censuram ferre potest omnis, ac solus
superior Ecclesiasticus habens in foro externo,
seu contentioso jurisdictionem, sive ordinariam
sive delegatam.

Porrò ordinariam, quæ est ratione officii, vel
alterius juris, potestque delegari Clerico, Cleri-
catus privilegiis gaudenti (ut Bon. d. 1. q. 1. p. 2.
Laym. l. 1. t. 5. p. 1. ca. 3 num. 1. ex C. Cum Ecclesia-
rum. S. Thom. &c. docent) habet. 1. Papa respe-
ctu totius Ecclesiæ. 2. Patriarchæ, Archiepisco-
pi, Episcopi, eorumque Vicarii Generales. 3. Ge-
nerales Provinciales, & Superiores locales reli-
gionum respectu suorū subditorum. 4. Congre-
gationes religionū, Concilia provincialia Episco-
porum